

Stephanus Galdeti

*Responsio ad Magistrum Iacobum*

Editor: Alexandra Baneu

*work in progress*  
09.10.2024

Manuscripts:

*P1* Paris, BnF lat. 16408

*P2* Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

## || Responsio ad Magistrum Iacobum

Utrum Deus ad effectum aliquem producendum active preveniat creaturam.

Quod sic, nam ambo concurrunt ad effectum aliquem et non casu  
5 nec ex equo, igitur vel Deus prevenit vel econtra, sed non econtra, igitur  
questio vera.

Oppositum, nam si sic, tunc hoc maxime foret ad aliquem bonum  
actum, puta meritorium, sed hoc non, nam tunc voluntas necessario  
produceret, quia preventa a causa omnipotente etc.

10 Premissis excusationibus et protestis, pretermisissis distis et declaratis,  
sit hec prima conclusio: Deus seu divina voluntas est unita causalis ratio  
effectus cuiuslibet producendi. Probatur, nam si non, tunc, ut dant  
adversarii, in Deo essent aliquo modo plures causales respectu plurium  
huiusmodi effectuum, sed hoc non, nam sint A, B due respectu C, D  
15 effectuum, tunc infertur alterum duorum etc.

Ex hac primo, quod Deus seu divinus intellectus est unica ydea,  
unicum exemplar, unica ars effectus cuiuslibet producendi. Patet ex  
precedenti, nam ad bonum intellectum ratio ydealis includitur in ratione  
causali divina. Et sic ipsa multiplicata multiplicaretur causales. Et per  
20 rationem conclusionis patet propositio.

Ex hiis ulterius patet quod || Deus seu divina voluntas est unica  
productio seu actus ac modus producendi quodlibet quod ad extra  
producit sic quod unico actu ac uno modo etc. Patet ex conclusione  
et ex sua probatione. Eodem omnino modo sicut de ratione causali et  
25 ydeali arguendo.

Ex hiis ulterius inferri potest quod in Deo seu in divina voluntate  
non est ponendus aliquis actus a divina voluntate productus qui solus  
sit simpliciter contingens equaliter, prout ponit magister THOMAS  
BREDWARDIN tertia parte, capitulo 5, nam ex predictis patet quod  
30 Deus est unicus actus producendi quodlibet ad extra productum, et  
per consequens quilibet, et per consequens econtra, et per consequens

P2 66v

---

1 responsio ad Magistrum Iacobum] *in marg. sup. P1* 2 utrum] *questio add. in marg. P1* 4 quod sic] *pro add. in marg. P1* non] *ex add. P2* 4-5 casu nec] *p. c. sup. lin. P1* 5 ex] *quia add. sed del. P1 ; om. P2* 7 oppositum] *contra add. in marg. P1* 8 non] *om. P1* 10 premissis excusationibus et protestis] *om. P2* protestis] *sic hec add. sed del. P1* pretermisissis] *premissis P2* 11 sit] *si P1* prima conclusio] *conclusio prima add. in marg. P1* 16 primo] *prima propositio add. in marg. P1 P2* 21 patet] *secunda propositio add. in marg. P1* 22 ac modus] *sup. lin. P1* 26 ulterius] *tertia propositio add. in marg. P1*

necesse esse summe etc.

Ex hiis pro principali corollario infero quod nec Deus nec divina voluntas nec divinum velle est aut erit respectu alicuius effectus producti seu producendi create voluntati necessitas antecedens. Patet ex dictis,  
 5 nam ex quo talis actus non ponitur nichil est Deo nec esse potest cum quo non stet equaliter effectum huiusmodi non produci sicut produci, ymo cum omni tali stetit eternaliter et posset etc.

Uterius pro secundo corollario potest inferri contra eundem quod esto quod in divina voluntate poneretur talis actus solus simpliciter  
 10 contingens equaliter respectu alicuius producendi, non tamen foret necessitas antecedens. Probatur ex dictis suis, nam divina voluntas cum omni previo ad illum actum non est respectu illius etc., igitur nec ille actus in divina voluntate positus respectu effectus extrinsece. Patet consequentia ex duobus, nam divina volunta cum omni previo non est  
 15 minus efficax respectu illius actus, et est summe necesse esse.

Confirmatur, nam talis actus non plus videtur necessitas antecedens quam Deum eternaliter voluisse etc. Sed Deus eternaliter prevoluisse etc. non est etc. Propter duo. Primo, quia quamvis consequentia sit necessaria, tamen antecedens est contingens. Secundo, quia, quamvis  
 20 cum tali prevoluisse non stet non fore, tamen stat posse etc.

Ex hiis una catholica veritas stabilitur, scilicet quod cum divino concursu qui ut patebit potest dici preventio ad actus communes Deo et creature. Stat huiusmodi actus fieri contingenter contradictione duplici libertate, scilicet increata et creata. Contra eundem.

|| Secunda conclusio: Deus seu divina voluntas est cuiuslibet effectus quem producit et erit cuiuslibet producendi || simpliciter causa prima, exponendo utroque modo prima, *Extra, De summa Trinitate*, capitulo ‘Dampnamus’: “divina natura sola est universorum principium.  
 25

P1 35v

P2 67r

Ex hac sequitur quod est causa essentialius preordinata cuilibet effectui quam esse possit aliqua causa secunda. Ex quo ulterius sequitur quod insupplebiter influit ac etiam infinite. Non deduco.

Sequitur ulterius ipsam influere intimius ac immediatius quam influat aliqua causa secunda et hoc tam in produci quam in conservari. AUGUSTINUS, 4 *Super Genesis*, capitulo 14: “Est causa subsistendi  
 35 omni creature que virtus, si ab eis que creata sunt conservandi” etc.

---

2 corollario] corollarium add. in marg. P1      4 patet] confirmatio add. in marg. P1  
 6 non<sup>2</sup>] sup. lin. P1      8 corollario] corollarium add. in marg. P1  
 16 confirmatur] confirmo add. in marg. P1      necessitas] om. P2  
 21 ex hiis] ad propositum add. in marg. P1      catholica] futuras add. sed del. P2  
 28 capitulo] sup. lin. P1      principium] ut alpha add. in marg. P1  
 30 secunda] etc. P2      33 causa] † add. sed del. P2

Sequitur ulterius quod ipsa est determinativa cuiuslibet cause secunde ad certum effectum. Patet, nam datis duabus causis non ex equo nec casu ad aliquem effectum concurrentibus rationabilis videtur quod illa que est effectui intimior et immediatior reliquam determinet et aplicet ad agendum. Ad hoc adduci potest rationem GREGORII probantis necessitatem divini concursus etc. Item, Sap. *Attingit a fine*.

Corollarium: Deus seu divina voluntas est causa omnipotens infrustrabilis, inimpedibilis respectu effectus tam communis quam proprii. Potest deduci faciliter etc. *Enchiridion* 3: “Omnipotentis Dei voluntas semper invicta est”. Rom. 9: *voluntati eius* etc.

Corollarium: Divina voluntas est causa immutabilis et eternaliter prevolens effectum quemlibet producendum. Patet, nam si esset mutabilis, cum omne quod mutatur etc., non esset simpliciter prima. Ex hoc sequitur secunda pars.

Ad propositum: ex predictis infertur universalis affirmativa ad quesitum, scilicet quod ad quemlibet prevenit preveniat. Quod aliunde potest argui, nam optime sequitur ‘creatura agit A, ergo Deus agit A’ ex conclusione et prima propositione, et non econtra ex primo corollario, igitur prius.

Tertia conclusio. Quia questio querit particulariter, sit tertia conclusio quod de lege statuta est respectu cuiuslibet actus boni causa specialiter premonens ac preveniens voluntatem. AUGUSTINUS, *De correctione et gratia*, capitulo 87 “liberum arbitrum” etc. “Liberum arbitrum ad malum sufficit, ad bonum autem” etc. Oratio Dominica: “Gratia tua Domine semper” etc.

Prima propositio: Ex hoc sequitur quod nullus potest elicere bonum actum, ymo quilibet eius actus deliberatus malus est Deo non specialiter preagente.

Secunda propositio: voluntas non potest superare temptationem, ymo ab ipsa necessario deviat Deo specialiter preagente. Patet per GREGORIUM 9 *Moralium* super illo verbo *in pulverem deducet* etc. *aperte*. Apostolus: *fidelis est Deus*.

Tertia propositio: ex hiis concedunt || sic dicentes quod demonstrato P2 67v

---

5 agendum] et add. P2      7 corollarium] in marg. P1 P2      8 inimpedibilis] impedibilis P2      11 corollarium] in marg. P1      15 ad propositum] in marg. P1 ; om. P2      16 quod<sup>1</sup>] om. P2      quemlibet] etc. add. sed del. P1      prevenit preveniat] sup. lin. P1      preveniat] etc. add. P1      22 Augustinus] de add. sed del. P2      23 gratia] Gregorii P2      26 prima propositio] in marg. P1 P2      27 ymo] p. c. P1      deliberatus] sup. lin. P1      non] sup. lin. P2      29 secunda propositio] in marg. P1 P2      33 tertia propositio] in marg. P1

aliquo temptato Dei speciali auxilio destituto, id est non specialiter  
 prevento, absolute concedendum est quod hic nunc non potest ex  
 propria libertate libere contradictorie elicere bonum actum etc. aut  
 vincere, sicut communiter dicitur demereri in carentis gratia. Patet ex  
 5 retractatione illius diffinitionis “peccatum est voluntas” etc. posita 1  
*Retractationum*, capitulo 15.

Corollarium: quamvis absoluta necessitas aut etiam naturalis  
 repugnent demerito, non tamen necessitas secundum quid et ut nunc,  
 nam non est vera de peccato pena quale est post lapsum peccatum ex  
 10 destitutione etc.

Corollarium, quod oppinio BREDUARDINI tollentis libertatem a  
 creata voluntate ex predestinatione divina et eius naturali subordinatione  
 ac subsecutione ad divinam, a sic dicentibus non potest theologice  
 efficaciter impugnari, nam sicut isti ponentes necessitatem peccandi  
 15 ex divini auxilii destitutione sustinerent talem compossibilitatem, ita  
 BREDUARDINUS etc.

Ad propositum: ex hiis sufficienter ad questionem respondetur in  
 forma particulariter affirmative. Patet clare.

|| Generale remedium dicere contingentem pauca dare.

P1 36r

20 Pro concordia libertatis voluntatis cum preventionem considerandus  
 modus salvandi eam cum eterna prescientia Dei et cum Dei eterno  
 prevoluisse.

Ponere etiam quod dum Deus prevenit potest non prevenire, et per  
 hoc non solum contingentia ex libertate Dei, sed voluntatis, ut habet  
 25 communiter dicere.

Item, quod non est necesse in cuius cause potestate est antecedens  
 etc., sed sufficit quod sit in potestate alterius cause, cum hac libere  
 concurrentis.

Vel potest dici: divinum concursum aut preventionem alico modo,  
 30 licet non causaliter et antecedenter, esse in potestate voluntatis stante  
 lege quod huiusmodi preventio semper est presto, unde *reliquit Deus  
 hominem* etc.

Pro aliis vide lectionem sextam, septimam letis etc.

Pro materia de peccato primo distingue sicut de malo sic de peccato

---

1 temptato] *sup. lin. P1*      2 est] *istum add. sed del. P1*      nunc] *sup. lin. P2*  
 3 elicere] *1 add. sed del. P2*      3–4 etc. aut vincere] *sup. lin. P1*      4–6 patet —  
 capitulo 15] *in marg. inf. P1*      5 diffinitionis] *de duabus animabus add. sed del.*  
*P2*      peccatum] *Pater P2*      7 corollarium] *in marg. P1*      11 corollarium]  
*iter. in marg. P1*      12 predestinatione] *v add. sed del. P2*      16 etc.] *om. P2*  
 17 ad propositum] *in marg. P1 ; om. P2*      21 cum<sup>2</sup>] *prev add. sed del. P2*  
 Dei<sup>2</sup>] *om. P2*      33 septimam] *aliam P2*

dicendo quod peccati adictione etc. Deus est causa. Patet expositive non substantive, quia ut sic nullam habet causam nec Deum nec aliud.

Quod aliquem actum esse peccatum non est formaliter ipsum esse aliquid, nec esse aqualiter esse, nec aqualiter non esse, sed non esse  
5 aqualiter qualiter debet vel correlative magis proprie communiter dicendum de veritate huius propositionis ‘Sortes peccat’.

Uterius advertendum quod non est necesse non esse vel || negationis esse causam positivam, quamvis forsan alicuius possit esse causa, et ideo negationis illius, unde actus dicitur Deum esse causam, sed nec  
10 creaturam.

Uterius quare ergo creatura dicitur causa quia sibi inputanda est huiusmodi negatio vel non esse, quia teneretur ad circumstantiam oppositam, quam non ponit, non sic tenetur Deus, et ideo ista causalis vera, ‘quia Sortes non agit ut debet, A est peccatum’.

Pro materia de auxilio notandum quod sicut nec generalis preventio infert necessitatem, ita nec specialis, sed an eius carentia inferat impotentem absolute saltem, ut dicit GREGORIUS, quod sic.

Per quod forsan intelligit quod hoc est impossibile secundum legem etc. destitutus Dei auxilio speciali recte agit.

Vel intelligit quod destitutus non potest ex se, quamvis destitutum sit possibile recte agere. Patet.

Vel pro tanto hoc dicit, quia tale auxilium non sic est omnibus presto ut generalis preventio, sic nec caritas, unde in quibusdam est effectus divine predestinationis et eius defectus in aliis reprobatis.

De forma sermonis pariter videretur dicendum in istis tribus, scilicet preventionem generali, speciali, et gratie gratum facientis, nam pariter nullum istorum est in libera potestate creature et requiritur etc. propter quod, si dicamus quod non possumus libere mereri aut agere moraliter, ita nec quitquam facere libere. Si istud detur, et reliqua videntur debere  
30 dari. Cogita diversitatem. Propter quid aliquid dicitur liberum.

Primum: Qualiter Deus iuvat vel intensius agendo propter maiorem difficultatem propter circumstantiam finis aut multiplius duabus

---

**3** aliquem] effe *add. sed del. P2* actum] *sup. lin. P1* **8** positivam] *sup. lin. P1 ; om. P2* **9** Deum] *om. P2* **18-19** secundum legem etc.] *sup. lin. P1 ; om. P2* **19** agit] vel gratiam alicam esse necessariam pro\* nunc\* *add. in marg. P1* **21** patet] *nota add. in marg. P1* **24** reprobatis] *necessitas secundum quid add. in marg. P1* **29** libere] *sup. lin. P1 ; vel add. sed del. P1* **30** propter — liberum] *om. P2* liberum] BREDWARDINS videtur debuisse possuisse libertatem bam data creatura preventa ad aliquid si preveniretur ad oppositum posset in illud *add. in marg. P1* **31** primum] *in marg. P1 ; om. P2* **32** circumstantiam] circumferentiam *P2*

actionibus, scilicet facere et facere videndum. Et dicatur de facere facere quod est factibile, quamvis non sit necesse ad effectum produci hic fieri, sicut de non esse etc.

Secundum: Contra hoc quod dicitur divinum auxilium requiri propter  
 5 impotentiam videtur instantia duplex, quia potentia posset aliunde tantum formari, dicitur quod non, ut patet de luce respectu visionis. Instatur etiam contra huiusmodi positum de indivisibilitate anime nec potest immorari.

Alia instantia, quia idem actus omnino similis successive est bonus  
 10 et malus post. Dicitur quod, cum fit malus perdit circumstantiam finis, quia eo quod Deus non amplius auxiliatur non sit propter Deum etc. Et in hoc est standum aliquo aliter.

|| Dixi ex prima conclusione et ibidem illatis ad questionem quod  
 ad quemlibet effectum producendum Deus seu divina voluntas prevenit  
 15 creaturam.

Contra arguebatur sic: nullum effectum prius vult Deus seu divina voluntas esse producendum quam ipse sit producendum, igitur propositio mea falsa. Dixi, quidquid sit de consequentia, oppositum antecedentis esse verum ad istum sensum, nam ista causalis est vera, quia Deus vel  
 20 voluntas divina vult A fore vel quod A erit, ideo erit, et non econtra.

Secundo arguebatur sic: non prius est Deum velle causam secundam producere A quam causam secundam producere A, igitur propositio mea falsa. Consequentia nota. Et antecedens patet, nam est bona consequentia ab uno ad alterum etc.

Quamvis, ut dixi, consequentia non valeat, nam aliter ymaginabile est Deum prevenire ad A, tamen arguitur de negando antecedens. Et cum probatur, dico quod illa consequentia est a priori.

Tertio arguebatur, nam si in Deo non essent plures modi se habendi ad futura et non futura, non esset magis ratio etc. quod ymo quia illo  
 30 unico modo essendi et se habendi vult illa fore et alia non.

Contra primam responsionem argumentis sic, quia Deus non prius vult A quam novit, igitur non prius vult A esse producendum quam A sit producendum. Possem negare consequentiam.

Attamen nego antecedens, ymo dico quod ad sensum datum, quia

P1 36v,  
 P2 68v

---

4 secundum] *in marg. P1* ; *om. P2*      8 immorari] *in essentiam agit nec in*  
 potentiam *add. in marg. P1*      14 seu divina voluntas] *sup. lin. P1*      20 voluntas  
 divina] divina voluntas *P2*      vel quod A erit] *sup. lin. P1*      23 et] *om. P2*  
 25 quamvis] *deducitur actione demonstratio add. in marg. P1*      32 A<sup>3</sup>] *sup. lin. P1*  
 34 attamen] *pone scire post velle et consequenter fore add. in marg. P1*

voluntas vult, intensius novit, ideo prius.

Contra secundam responsionem, nam pro omni signo pro quo Deus agit A, vult creaturam agere, igitur hec sunt eque prima. Sed de Deo velle creaturam agere A est bona consequentia etc. Dicitur quod quamvis  
5 sunt eque primo, tamen una consequentia bona est alia non.

Item, si responsio vera, tunc staret Deum velle creaturam agere A et creaturam non agere, quia esse prius potest esse absque posteriori. Concedo: quidquid est prius in Deo velle creaturam agere quam creaturam agere A potest esse absque creaturam agere.

Contra tertiam in qua dicebam in Deo non esse plures modos se habendi etc., tunc sequitur quod nunc omnino est in Deo qualiter esset si A futurum non esset futurum nec remaneret in Deo et econtra, et per consequens per nichil quod est in Deo posset quis certificari quod A erit.

|| Negatur consequentia ut prius, nam per unicum modum quo representatur A fore non representatur B, nec representaretur A si non foret futurum etc.

P2 69r

|| Responsio de ista materia Magistro Iacobo positionem habet in lectura in secunda questione secundi. Positionem quandam hic ponendam habet de Braquino.

P1 37r

Move dubium, cum Deus ad omnem actum cause secunde concurrat effective. Videtur quod Deus necessitet voluntatem creatam ad actum suum liberum.

Sed probatur quod non, et signetur voluntas que nunc primo sit unum actum habens et sit illa voluntas A, tunc arguitur sic: Deus ab eterno videbat et nunc videt omnem actum quem esset A voluntas productiva, etiam si Deus non coageret cum A ad suos actus intrinsecos producendos, igitur si Deus ad tales producendas concurat, non necessitat

Aliter arguit signando A voluntatem iam primo creatam que nullum actum habet nec habebit per horam, sed in B instanti primo producet A C actum, tunc A voluntas producit C actum in B instanti, et Deus

---

1 voluntas] *sup. lin. P1* intensius] *sup. lin. P1* prius] *ASTONA add. in marg. sed del. P1* ; de peccato *add. in marg. P1* 4 velle creaturam] *sup. lin. P1*  
5 non] *exemplum add. in marg. P1* 6 Deum] *sup. lin. P1* velle] *ag add. sed del. P1* 8 creaturam] *sup. lin. P1* 8-9 quam creaturam agere A] *sup. lin. P1* ; *om. P2* 10 dicebam] *Deum non prius add. sed del. P1* 11 sequitur] *p. c. P1* ; quod nullus *po add. sed del. P1* 14 erit] *om. P2* 17 etc.] ~~utrum~~  
~~Deus ad effectum aliquem producendum active preveniat creaturam~~ *add. in marg. inf. P1* 18-20 responsio — Braquino] *om. P2* 21 move] *movetur P2*  
dubium] *ASTONA add. in marg. P1* 25 illa] *p. c. P2* 26 productiva] *producta P2* 27 intrinsecos] *producend add. sed del. P1* 28 necessitat] *igitur etc. non valet add. sed del. P1* 31 B] *instanti add. sed del. P2*

producit C actum in B instanti, ita quod C est actus productus a duabus causis, et totaliter a prima et totaliter a secunda, sic quod non pars etc.

Sed Deus prius natura agit quam creatura. Ad istum intentum, nam sequitur ‘creatura producit, ergo Deus’, et non econtra, et tunc posita  
5 actione divina et non actione A respectu C actus erit C, non econtra.

Hiis vassis arguit sic: in B instanti erit C actus productus a Deo et voluntate creata, sed in B instanti et continue ante B instans erit in postestate A voluntatem non concurrere cum Deo ad productionem C actus pro B intanti, ergo Deus nullo modo necessitabit A.

Aliter arguitur sic: si Deus produceret C actum in A voluntate in B  
10 instanti et pro eodem instanti non vellet Deus A voluntatem agere C actum nec nollet, sed relinqueret esse proprie nature in manibus concilii sui ita quod in potestate A esset concurrere vel non concurrere etc., tunc voluntas nullo modo esset necessitata ad C actum pro B instanti.

Sed Deus nec vult nec volet A voluntatem producere C actum, ergo  
15 A voluntas nullo modo est adhuc necessitata. Minor probatur, nam A producere C, nam A producere est respectus vel relatio convocans negatioem ultra absoluta, que negatio nullo modo est volubilis a Deo ut patuit, igitur.

|| Posset hec confirmari, quia, ut alibi, etiam significabile complexe  
20 nulla entitas est, et per consequens, si producto B, non est nichil nichil est, nec est volubile. Iuxta primum connotat negationem, scilicet C non fuisse etc.

P2 69v

Uterius, quod hoc non sit volubile, nam ponatur quod principiatur  
25 A voluntati quod non producat C actum pro B instanti, tunc arguitur quod A producere C non sit volubile, nam A producere C est peccatum vel est A peccare.

Sed quo modo salvabitur speciale auxilium Dei et preventio ad actus bonos nisi ponatur, ut dicit GREGORIUS, quod est differentia, nam in  
30 malis Deus solum facit actum cum voluntate, in bonis facit nos facere illos, et non solum facit illos, et sic sunt due actiones. Considera.

Sed ulterius pro maiori declaratione dicitur quod voluntatem agere seu producere actum suum est ipsamet voluntas producens vel ista duo, B voluntas et actus. Et ideo concesso quod Deus facit A agere actum  
35 suum, non plus convincitur necessitare A quam si solum coagat sibi ad

---

5 C<sup>2</sup>] et *add.* P2    14 C] B a. c. P1    15 actum] vel *add.* *sed del.* P1  
18 nullo] est *add.* *sed del.* P2    19 igitur] etc. *add.* P2    20 hec] conclusio P2  
22 C] p. c. P1 ; B P2    31 considera] posset dici quod in uno ista causalis  
est vera quia Deus agit etc. *add.* *in marg.* P1 ; *sed add.* *sed del.* P1    35 plus]  
conceditur *add.* *sed del.* P1

illum, et sic patet aliqualis modus quod Deus non necessitat.

Et ideo sicut ad istas duas Deus scit A producere C et A producit C, non sequitur scientiam Dei necessitare A ad C, ita nec in proposito.

P1 37v

5 || Item, supposito quod ad hoc quod A voluntas producat C actum liberum requirunt ista duo: quod Deus producat C et quod voluntas etiam cum Deo. Et secundum alios tertium, scilicet quod Deus velit A voluntatem producere. Tunc, quia vel illud tertium nichil addit ad illa duo prima, et tunc per hoc tria non plus necessitabitur voluntas quam propter illa duo. Si dicatur quod addit aliquid et non absolutum, 10 ergo addit relativum, et illud non distinguitur realiter ab absoluto. Vel melius ut supra quodlibet tale connotat vel includit negationem que non est volubilis etc.

Ad dubium: tenendum est igitur quod Deus non necessitat creatam voluntatem. Sed contra, si Deus se solo produceret actum voluntatis 15 create, illa non coagente, illam necessitaret, sed non aliter agit Deus voluntate creata sibi coagente quam non coagente, igitur.

Dicitur maiorem esse falsam quod, si solus Deus faceret illum actum vel illam entitatem actus, voluntas non vellet per illum, et sic non necessitaretur || ad volendum.

P2 70r

20 Patet, nam sic est de actione transeunte, puta si Deus suspensa actione ignis aproximati aque in illam produceret causalitatem, nam tunc iginis non diceretur per illam calefaciens aut agens. Sic in proposito.

Aliter potest argui sic: eliciat Paulus A actum liberum voluntatis cum duabus circumstantiis vel tribus, tunc sic Deus potest necessitare 25 Paulum ad actum liberum. Et hoc non potest facere Deus nisi volendo vel prevolendo, sicut prius fecit quando A fuit liberum, igitur prius necessitavit, vel si non nec nunc.

30 Ideo, ut dictum est, non necessitat huiusmodi voluntatem. Si tamen Deus non solum vellet et causaret actum voluntatis quem ipsamet causat, et cum vellet illam voluntatem sic agere et causare, et per hoc causaret aliquid absolutum vel aliquam entitatem distinctam a precedentibus entibus, tunc utique videretur quod necessitaret. Sed sic non est, ut patet de Petrus agere, quod est peccare, tantum est supra.

---

9 addit] addat P2      11 melius] *iter. sed del. P1*      13 ad dubium] *in marg. P1 ; om. P2*      15 Deus] *agendo add. sed del. P1*      17 esse] *sup. lin. P1*      23 aliter] *ad propositum quod Deus non possit etc. add. in marg. P1*      26 prius<sup>2</sup>] *a possibili non negativa sed sufficit de inesse etc. add. in marg. P1*